


DECISION DE LA ROTA ROMANA en fauor del Abbad' dela vniuersidad de los Beneficiados, para poder se llamar Abbad mayor.

R. P. D. Pamphilio.

J Hispalen. Nuncupationis Abbatis maioris.

Die Veneris 27. Nouembris. 1615.



VIT resolutum Abbatem esse manutenedum, vt ipse possit intitulari à semetipso, & ab alijs Abbas maior, quia testes pro eius parte examinati bene deponunt, quod in ciuitate Hispalen. adest vniuersitas Beneficiatorum, per quos ab immemorabili tempore simul congregatos in eorum Superiorem eligi consuevit vnus ex ipsorum gremio, qui fuit semper nuncupatus Abbas maior, & quod ita electus, & nuncupatus fuit Abbas modernus à Beneficiatis præfatis, & ab alijs cõmuniter, ipse propterea lite pendente, in eius quasi possessione turbari non debet, sed manu teneri in eo statu, in quo reperitur de tẽpore motæ litis. c. cum Ecclesia, & ibi doctores de causa possess. & propriet. Couarru. Præf. q. cap. 17. sub. numer. 5. in fine, & numer. sequent. cum alijs adductis per Rotam in eodem Seraphi. decis. 1437. num.

Quod eo facilius fuit admittendum, quia in pluribus, & antiquissimis præuilegijs Regum Hispaniarum reperitur nuncupatus Abbas Beneficiatorum, prout etiam dictus Abbas modernus nuncupatus fuit Abbas maior per vicarios generales, & alios officiales Archiepiscopos, necnon per Nuntium Apostolicum in iuribus pro eius parte datus ex pluribus. Et quibus iunctis saltem cum supra dictis tenibus de diuturno, & communi denominatione præsentibus visum fuit consistere de scientia Archiepiscoporum, Aret. conu. num. 5. c. c. ex his inferitur de iur. i. sen. decis. 69. num. 8. cum alijs adductis per Rotam in eadem Hostiens. litoris, & his relatis in impressis de iur. i. sen. part. 1. quer. 4. etiam de scientia aliorum, & quod in eadem denominatione præiudicare potuisset, prout in iuribus in corporibus

Extat pro his statuta à 150. annis ultra confirmata pro electione Abbatis, & actus factus ab ordinario à 25. annis citra, vt beneficiari eligant sibi Abbatem.

Extat electio modernæ Abbatis de anno 1613. & aliorum Abbatis prædecessorum.

Sunt plures gratiæ factæ Abbati per dnos Archiepiscopos simul, ac Beneficiatis sub nomine Abbatis & Beneficiatorum.

Extat multiplices actus iudiciales officialium Hispalen. & RR. DD. Nuntiorum, aliq̃ in numeris instrumenta, etiam curie seculari & regia.

De successione Abbatum perpetua de anno 1327. constat per instrumenta sine intermissione.

Ista turbatio litis fõmitẽ ministravit.

Privilegia regalia sunt.

- Rex Alphõsus. 10. anno. 1271
- Rex Sãlti' fortis. anno. 1284.
- Rex Ferdinandus. 4. anno. 1312
- Rex Alphõsus. 11. anno. 1315.
- Rex Petrus Iustus. anno. 1351.
- Rex Enricus. 2. anno. 1371.
- Rex Ioannes. 1. anno. 1380.
- Rex Enricus. 3. anno. 1396.
- Rex Ioannes. 2. anno. 1416.
- Rex Enricus. 4. anno. 1429.

Extant lista confessorum preb. & per dominos Archiepiscopos, ad quos spectant eorum deputatio publicata.

Extat instrumē
tum per Canonico
s. Saluatoris
Hispaletē. sub no
mine Abbatis ma
ioris.

Apparebit quan
doq. quod habet
requisita ad dis
tinitatem.

Theaurus lin
gua Hispania ita
deponit.

Constat talis de
nominatio ab an
nis 750. per ins
trumentū, ut Vi
dere est.

D. Archiepiscopus
semper cōsue
uit honorare Ab
batem ita eū sic,
et alij: titulus ho
norificus nominā
do constat ex in
strumentis ab an
nis 300. usq. ad
sēp. praesens il
lustriss. D. mo
derni Archiepiscopi,
qui ita nomi
nauit deputando
eum consessorii.

Abbas, siue ma
ior, siue minor,
semper est in obe
dientia illust. D.
Archiepiscopi.

Sunt infinita scri
tura cōfessa etiā
ultra mare,

ralibus ad acquirendam, quasi possessionem requiritur.
Rip. in d. cap. cum Ecclesia. n. 64. de causa posses. & prope
cum alijs alegatis.

Nec obstat quod iste non sit proprie Abbas, ex quo non
habet dignitatem Abbatiglem ex deductis, coram bonæ
memoriæ Penia sub die 24. Octobris 1611. quia vltra quod
istud nomen Abbas in iure diuersimode accipitur, ita vt
etiam electus à Beneficiatis pro eorum superiore dici possit
Abbas extradit, per Afflic. Alciat. in. l. 1. sub. num. 2.
C. de in ius vocan. & in l. collegarum. num. 4. ff. de verbo
rum significatione, Card. in Clementina attendentes. S.
statuimus, sub n. 2. verficulo quinto quæro de stat Monacho
rum placuit etiam responsio, quod cum ex supra dictis sa
uis constat de denominatione prædecessorum, ac etiam de
quasi possessione Abbatis moderni ipse est in ea manute
nendus, non obstante huiusmodi exceptione, de qua agen
dum erit in petitorio, non autem in hoc iudicio summaris
simo, in quo sufficit sola possessio, vel quasi de tempore
motæ litis. §. retinendæ inest de interd. Couarru. practic.
qq. d. cap. 17. num. 5. verfic. sic sane, & fuit sæpissimæ
decisum.

Minus obstat, quod fuerit in facultate Archiepiscopi
huiusmodi denominationem vti improbam prohibere, &
propterea non possit contra eum quo ad hoc considerari
status quasi possessionis, quia fuit responsum, quod cum
iste vti electus à Beneficiatis pro eorum superiore fuerit
semper nuncupatus à semetipso, & ab alijs. Abbas maior
pro vt denominati fuerant eius prædecessores id per eum
censeri debet factum iure proprio, non autem iure facul
tatis ad trad. per Rip. in dicto cap. cum Ecclesia. n. 52. & 55.
de causa posses. & propriet. & licet Archiepiscopus possit
semper corrigere excessus subditorum, & improba prohi
bere iuxta decif. Caputaquens. 206. part. 1. ista tamen deno
minatio nondum constat, quod sit talis imo satis de contra
rio apparere visum fuit ex electione, & communi denomi
natione cum alijs supradictis.

E ita decissum, quo ad seipsum, & alios volentes ita
eum nuncupare, non autem possit alios cogere ad eum ita
nominandum domini voluerunt, quod particulariter vi
deatur.

Nunquam D. Archiepiscopi,
pi, aut eius officiales, & ceteri
ministri, vt inconueniens
reputarunt, quod Abbas be
neficiatorum vocaretur Ab
bas maior, pater etiam ex di
stinationib. ecclesiarum.

Semper Abbas reputatus fuit
pro persona graui in incesu,
& progressu, & communi si
matione.

Abbati nunquam fuit inti
matum quod non vocaretur
Abbas maior, imo inuictatū à
promotore fiscalis coram offi
cialibus Hispaletē. anno 1612. fuit
repulsus in publica audien
tia.

Extant plures actus capitula
res sub ista denominatione à
pluribus annis facti in capitu
lis Beneficiatorum.

Non videtur excessus, quia
nunquam per tantum tempus
repulsus fuit, imo admissus, vt
constat ex multis processibus
confectis iudicialiter corā offi
cialibus D. Archiepiscopi, qui
in actu habent correctionem
clericorum subditorum.